

een soo uyt (en het heeft eenigszins sijn goed bescheid) namelijk dat den Hoogen-priester Aaron Zulks dead wanner by eerstmaal in het Priessterdom bevestigd Wierd; ook eenmaal des Jaars op het Feest deer verzoeninge, Wanner by met het bloed ging in het Heilige der Heiligen. Qvemadmodum ergo, qvin ex Minorum ordine sacerdotes ordinario altaris suffitus destinati fuerint ministerio, nulli dubitamus; sic de horum definiendo numero disceptatione, si Hebræos consulimus, non indigebimus. Qvamvis enim ex illorum relatione, suffitum hunc requirere duos sacerdotes, alterum, qvi suffimentum templo inferret & adoleret: alterum qvi caperet prunias de altari exteriori, & templo inferret, poneretque super altari interiori, ut super illis fieret suffitus, velit Martinus Mauritus, de Sortitione Veterum, Hebraeorum in primis, cap. 24. p. 318. Gæree autem l. c. libr. 3. p. 230. doceat; By't dageliike Rook-offer mæsten haer navolgens de leering der Joden, drie Priesters bevinden: nos tamen ex ipsis prolati Hebraeorum verbis, qvibus singulorum, qvi suam altari suffitus, ut in eo suffimentum rite oblatum fuerit, ordinarie præbuerunt operam, actiones explicant, qvatuor in universum concurrisse, evincemus clarissime.

§ 17.

Ne vero, dum circa altare suffitus occupatos intuebimur sacerdotes, vel in sacro illorum habitu, vel in ratione qua munas qvisque suum adeptus sit, hæreamus, haud alienum erit, ante aquam in actiones ipsorum ministeriales defigamus oculos, paucis ista perseqvi. Vestimenta qvidem peculiaria plane ab illis, qvorum alias eratus, ministraturos in Templo sacerdotes, non summum tantum, sed & minores, induere ex jussu divino omnino necesse erat. Minorum Sacerdotum Vestitum, de quo nunc disqvirimus, diversa vestimentorum sacerdotalium genera recensens delineat Maimonides *Cele hammikdasch* cap. 8. §. 1.

בגדי כהונת שלש מינים בגדו כחן הריות ובגדו זהב ובגדו לבן בגדי כחן הריות הם ארבעה כלים כתנה ומכנסים ומגבעות ואבנט *Vestimentorum sacerdotalium tria erant genera, vestimenta sacerdotis minoris, vestimenta aurea & vestimenta alba. Vestimenta sacerdotis minoris qvatuor erant, Tunica, Feminalia, Tiara & Balteus.* Horum qvatuor qvanta in singulis, in ipso ministerio actu, fuerit necessitas, idem *Maim. aperit l. c. cap. ii. §. 40.* כחן הריות שמש בפחות טרי בגדים

K

אלן